

de qua natus est JESUS. Hoc enim nomen super omne nomen pure creature, in quo nemo tecum participat, o Virgo. Cui enim aliquando, non dicam hominum sed Angelorum dixit: Mater mea es tu; Filius tuus ego sum? Ad Angelos quidem dicit: qui faciunt Angelos tuos Spiritus, et Ministros suos ignem urentem. Ad Virginem autem: unica est amica mea. Electa una es, quia nec similem tibi visa est, nec habere sequentem. Tu. Te Matrem. p. 5.

Ad Bened. ant. JOSEPH \* erat vir MARIE, de qua natus est JESUS, qui vocatur Christus.

Oremus.

Oratio.  
Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui pondere propriæ actionis præmimur, Sanctissimæ Genitricis tuæ intercessio gloriosa nos protegat. Qui visis et regnas.

#### CANON.

Ex S. Ambrosio Episcopo.  
In Psalm. 118. Exp. Sermon. 3. n. 25.

164. Ita creatum «Christum» dico quemadmodum factum legi, hoc est, factum ex muliere, factum sub lege, hoc est secundum susceptionem carnis creatum, secundum quod est natus ex Virgine. Tu.

Ad. Magnificat. ant. Mons Dei, mons pinguis, mons, in quo benedictionis fuit Deo habitare in ipso, alleluia, alleluia.

#### CANONES

Infra Hebdomadam 5. Puerperii.

#### FERIA II.

Ex S. Hilario Episcopo.  
De Synod. seu de fide Oriental. n. 29.  
165. Qui in novissimis diebus descendit desursum et natus est ex Virgine secundum Scripturas,.... mediator Dei et hominum. Tu.

#### FERIA III.

Ex S. Hilario Episcopo.

De Trinit. libr. X. n. 22.

166. Quomodo JESUS Christus Dei Filius natus ex MARIA est, nisi quod Verbum caro factum est; scilicet quod Filius Dei cum in formâ Dei esset, formam serviacepit? Tu.

#### FERIA IV.

Ex S. Petro Damiano.

Hom. in lib. Generation.—Flor. Patr. p. 441.

167. Imensum concepit, æternum genuit, genitum ante sæcula parturivit: qui sibi et munus fecunditatis atfuit conceptus, et virginitatis decus non abstulit natus: qui antequam nasceretur, talem creavit eam, ut dignè nasci posset ex eâ. Tu.

#### FERIA V.

Ex D. Eleuterio Ep. Tornacensi.  
In orat. ad Deum pro fide et Eccl. Torn.

168. Permanens «Virgo» in castitate Dei filium terris edidit et post admirabilem partum in virginitate consistens, Christum JESUM divino lacte nutritiv. Tu.

#### FERIA VI.

Ex Joanne Papâ Secundo.  
Ep. 3. ad Senator. Tom. 9. Concilior. p. 122.

169. Ipse «Deus» ultimis temporibus incarnatus ex sacrâ et gloriosâ Virgine Matre nasci dignatus est. Tu.

#### SABBATO.

Ex D. Thomâ Arch. Valentino.  
Conc. 2. in Natal. Dom. n. 6.

170. Animadvertite Virginem Puerperam, evacuatam neque visitam, gaudium matris habentem cum virginitatis honore: videte partum admirandum, partum stupendum, partum sacram, partum Deo dignissimum, et obstupescite. Tu.

V.

## VITA CONTEMPLATIVA

### B. MARIE V.

Seu ab ejus Purificatione usque ad Tempus Passionis.

#### RESPONSORIA

dicenda post Lectiones tam in Dominicis quam in Feriis, Tempore vite contemplativæ B. M. V. excepto in quadragesimâ.

In I. Noct. et in II. et V. Feriis.

§. 1. Memorare dierum humilitatis tuæ, et ostende te nobis in tempore tribulationis. \* Quia in domo regis es præ cunctis hominibus. §. Invoca Dominum, et loquere regi pro nobis, et libera nos de morte.—Quia.

§. 2. Coninet in gremio cælum terramque regentem Virgo Dei Genitrix: \* Proceres comitantur heriles. §. Per quos orbis ovans Christo sub principe pollet.—Proceres.

§. 3. Virgo, quæ magnum potes exorare Tonantem, et potes irati sistere tela Dei. \* Mater et ipsa Dei, Mater et ipsa hominis. §. Loquere pro nobis bona, et averte iram Dei à nobis.—Mater.—Glor.—Mater.

In II. Noct. et in Fer. III. et VI.

§. 4. Tu medicina mei gemitus, tu lux oculorum, \* Anchora tuta spei, rectissimâ regula morum. §. Tu mea dux, mea lux, mea spes, mea res, mea vita.—Anchora.

§. 5. Os suum aperuit sapientiæ, et lex clementiæ in lingua ejus: \* Non extinguetur in nocte lucerna ejus. §. Mediâ nocte surgebam ad conflendum tibi super judicia justitiæ tuæ.—Non ext.

§. 6. Lælami, et exultate in eâ omnes qui diligitis eam: \* Gaudete cum eâ gaudio, universi. §. Ecco ego declinabo super eam qua-

si fluvium pacis, et quasi torrentem inundantem gloriam gentium.—Gaudete.—Gloria.—Gaudete.

In III. Noct. et in Fer. IV. et Sabb.

§. 7. Quædam mulier excepit, Dominum in domum suam: \* MARIA autem sedens secus pedes ejus audiebat verbum illius. §. Conservabat omnia verba ejus confrens in corde suo.—MARIA.

§. 8. Martha, Martha, sollicita es, et turbaris erga plurima: \* Porrò unum est necessarium. §. MARIA optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.—Porrò.

§. 9. Intra cubiculum, et clauso ostio Virgo MARIE \* Orat pro nobis Patrem in abscondito. §. Si invenis, Domine, gratiam in oculis tuis, da mihi populum meum, pro quo obsecro.—Orat.—Gloria.—Orat.

#### LECTIONES

## DE SCRIPTURA

dicende in Feriis, et in primo Noct. Festivitatum, quæ toto hoc tempore vite contempl. proprias non habuerint. Dicuntur etiam in diebus infra octav. Purificationis.

#### IN FERIS II.

De libro Sapientiæ.

LECTIO. c. 4. v. 1.

Quam pulchra est casta generatio cum claritate! immortalis est enim memoria illius: quoniam et apud Deum nota est, et apud homines. Cum præsens est, imitantur illum: et desiderant eam, cum se eduxerit, et in perpetuum coronata triumphat incoquinatorum certaminum præmium vincens. Tu. §. Memorare p. 129.

LECTIO. c. 6. v. 1.

Melior est sapientia, quam vires, et vir prudens quam fortis... Concupiscite ergo sermones meos: di-

ligite illos, et habebitis disciplinam. Clara est, et quæ nunquam marcescit sapientia, et facile videtur ab his, qui diligunt eam, et invenitur ab his qui quaerunt illam. Præoccupat qui se concupiscit, ut illis se prior ostendat. Qui de luce vigilaverit ad illam non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inveniet. Tu. ꝑ. Continet. p. 129.

## LECTIO 3.

Cogitare ergo de illâ sensus est consummatus: et qui vigilaverit propter illam, citò securus erit. Quoniam dignos se ipsa circuit quaerens, et in viis ostendit se illis hilariter, et in omni providentiâ occurrit illis, initium enim illius verissima est disciplina: concupiscentia. Tu. ꝑ. Virgo. p. 129.

## PRO FERHIS III.

De libro Sapientia.

## LECTIO 1. c. 6. v. 19

Cura ergo disciplinae dilectio est: et dilectio custodia legum illius est: custoditio autem legum consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiae: deducit ad regnum perpetuum. Tu. ꝑ. Tu medic. p. 129.

## LECTIO 2.

Si ergo delectamini sedibus, et sceptris, o reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiae, omnes, qui praestis populis. Quid est autem sapientia, et quemadmodum facta sit, referam: et non abscondam à vobis sacramenta Dei, sed ab initio nativitatis investigabo, et ponam in lucem scientiam illius, et non preteribo veritatem. Tu. ꝑ. Os suum. p. 129.

## LECTIO 3.

Neque cum invidiâ tabescens iter habeo: quoniam talis homo non

erit particeps sapientiae. Multitudo autem sapientiam sanctus est orbis terrarum: et rex sapiens stabilimentum populi est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, et proderit vobis. Tu. ꝑ. Latamini. p. 129.

## PRO FERHIS IV.

De libro Sapientia.

## LECTIO 1. c. 7. v. 7.

Optavi et datus est mihi sensus: et invocavi, et venit in me spiritus sapientiae: et praeposui illam regnis et sedibus, et divitias nihil esse duxi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius. Tu. ꝑ. Quaedam. p. 129.

## LECTIO 2.

Super salutem, et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius, et letatus sum in omnibus. Tu. ꝑ. Martha. p. 129.

## LECTIO 3.

Quoniam antecedebat me ista sapientia, et ignorabam, quoniam horum omnium mater est. Quam sine fictione didici, et sine invidiâ communico, et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt particeps facti sunt amicitiae Dei, propter disciplinae dona commendati. Tu. ꝑ. Intra cubic. p. 129.

## IN FERHIS V.

De libro Sapientia.

## LECTIO 1. c. 7. v. 15.

Mihi autem Deus dedit dicere ex sententiâ, et præsumere digna horum, quæ mihi daniur: quoniam

ipse sapientiae dux est, et sapientium emendator. In manu enim illius, et nos et sermones nostri, et omnis sapientia, et operum scientia, et disciplina. Ipse enim dedit mihi horum quæ sunt scientiam veram... et quaecumque sunt absconsa et improvisa, didici: Tu. ꝑ. Memorare. p. 129.

## LECTIO 2. v. 21.

Omnium enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illâ spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil velat, benefaciens, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem: omnia magis quam illa est artifex? Et si justitiam quis diligit: labores hujus magnas habet virtutes: sobrietatem enim et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilis nihil est in vitâ hominibus. Tu. ꝑ. Continet. p. 129.

## LECTIO 3.

Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam. Vapor est enim virtutis Dei, et emanatio quaedam est claritatis omnipotentis Dei sincera: et ideo nihil inquinatum in eam incurrit. Candor est enim lucis aeternae, et speculum sine maculâ Dei majestatis, et imago bonitatis illius. Tu. ꝑ. Virgo. p. 129.

## IN FERHIS VI.

De libro Sapientia.

## LECTIO 1. c. 7. v. 27.

Et cum sit una omnia potest: et in se permanens omnia innovat, et per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei, et prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientiâ inhabitat. Est enim hæc speciosior sole, et super omnem dispositionem stellarum, luci comparata invenitur prior. Illi enim succedit nox, sa-

piantiam autem non vincit malitia. Tu. ꝑ. Tu med. p. 129.

## LECTIO 2. c. 8. v. 1.

Attingit ergo à fine usque ad finem fortiter, et disponit omnia suaviter. Hanc amavi, et exquisivi à juventute meâ, et quaesivi sponsam mihi eam assumere, et amator factus sum formæ illius. Generositatem illius glorificat, contubernium habens Dei: sed et omnium Dominus dilexit illam. Doctrina enim est disciplinae Dei, et electrix operum illius. Tu. ꝑ. Os suum. p. 129.

## LECTIO 3.

Et si divitiæ appetuntur in vitâ quid sapientiâ locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur: quis horum, quæ sunt, magis quam illa est artifex? Et si justitiam quis diligit: labores hujus magnas habet virtutes: sobrietatem enim et prudentiam docet, et justitiam, et virtutem, quibus utilis nihil est in vitâ hominibus. Tu. ꝑ. Latamini. p. 129.

## IN SABBATIS.

De libro Sapientia.

## LECTIO 1. c. 8. v. 9.

Proposui ergo habere adducere mihi ad convivendum: sciens quoniam mecum communicabit de bonis, et erit allocutio cogitationis et lætitiæ meæ. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, et honorem apud seniores juvenis: et acutus inveniar in iudicio, et in conspectu potentium admirabilis ero, et facies principum mirabuntur me. Tu. ꝑ. Quaedam.

## LECTIO 2. v. 13.

Præterea habeo per hanc immortalitatem, et memoriam aeternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Intrans in domum meam conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio

illius, nec tædium convictus illius, sed lætissimæ et gaudium. Tu. ꝯ. Martha. p. 129.

## LECTIO 3.

Hæc cogitans apud me, et commemorans in corde meo: quoniam immortalitas est in cognatione sapientiae, et in amicitia illius delectatio bona, et in operibus manuum illius honestas sine defensione, et in certamine loquelæ illius sapientia, et præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, ut mihi illam assumerem. Tu. ꝯ. Intra cubic. p. 129.

## DOM. I. VII. CONT.

## Semiduplex.

Hæc Dom. omnibus omnino, si incidit post Septuages, vel in ipsam Septuages.

Si incidit verò ante Dom. Sept. ejus loco ponitur sequens Dom. ut legatur liber secundus Regum, et de ipsâ fit tantum commemoratio.

Cum autem hæc Dom. incidat semper infra oct. Purific. Offic. fit ut in ipso die. Idem observatur, quando ejus loco ponitur Dom. II.

## AD MATUTIN.

Invitator. Christum MARIE Filium hodiè in templo presentatum. Venite, adoremus.

HYMNUS II. Brev. Antig. Herd. Quod chorus vatium venerandus olim,

Spiritu Sancto cœcinit repletus, In Dei factum Genitricæ constat

Esse MARIA.

Hæc Deum cœli, Dominumque terræ

Virgo concepit, peperitque Virgo Atque post partum meruit manere Inviolata.

Quem senex justus Simeon in ulnas

In domo sumpsit Domini: gavisus Hoc quod opalium proprio videret Lumine Christum.

Tu libens, votis, petimus, precantum.

Regis æterni Genitrix, faveto, Clara quæ cœli reuolvens olympi Regna petisti.

Sit deus summo sine fine Christo,

Sancita quem Virgo genuit MARIA, Qui Patri compar Spiritui Sancto Regnat in ævum. Amen.

## IN I. NOCT.

De libro primo Regum.

## LECTIO 1. c. 25. v. 2.

Erat vir quispiam in solitudine Mahon, et possessio ejus in Carmelo, et homo ille magnus nimis. Nomen autem viri illius erat Nabal, et nomen uxoris ejus Abigail. Cum ergo audisset David in deserto, quod fonderet Nabal gregem suum, misit decem juvenes, et dixit eis ascendite ad Carmelum, et venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacifice. Et dicetis... inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis, in die enim bonâ venimus... Cumque venissent pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David... Respondens autem Nabal pueris David ait. Quis est David, et quis est filius Isai? Tu. Respons. ut in die Purificat.

## LECTIO 9. p. 14.

Abigail autem uxori Nabal nuntiavit unus de pueris suis, dicens: Ecce David misit nuntios de deserto, ut benedicerent Domino nostro: et adversatus est eos... Quam ob rem considera, et recogita, quid factas: quoniam completa est multitudo adversum virum tuum, et adversum domum tuam, et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei

loqui. Feslinavit igitur Abigail, dixitque pueris suis: præcedite me: ecce ego post tergum sequar vos: viro autem suo Nabal non indicavit. Tu. ꝯ.

## LECTIO 3. c. 23.

Cum autem vidisset Abigail David feslinavit, et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram, et cecidit ad pedes ejus, et dixit: In me sit, Domine mi, hæc iniquitas: loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, et audi verba famulæ tuæ... Et ait David ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodiè te in occursum meum, et beneficium eloquium tuum, et benedicta tu, quæ prohibuisti me hodiè ne irem ad sanguinem, et ulciscerer me manu meâ. Tu. ꝯ.

## IN II. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep. in Speculo B. MARIE V. Lect. 14.

## LECTIO 4.

Dico, carissimi, quod MARIA benedicta est, quia per eam Deus homini placibilis est, sicut signatum est in Abigail, de qua legitur, quod cum David offensus occidere vellet Nabal stultum, Abigail occurrens offenso placavit eum. Qui placatus dixit: benedictum eloquium tuum, et benedicta quæ prohibuisti me, ne irem hodiè ad sanguinem, et ulciscerer me manu meâ. Tu. ꝯ.

## LECTIO 5.

Nabal stultus signat peccatorem. Omnis enim peccator stultus est. Abigail MARIAM signat, interpretatur enim, patris exultatio. O quantâ Patris cœlestis in MARIA, et MARIE in Patre cœlesti fuit exultatio, cum ipsa dicat: Exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo.

Sicut autem Abigail Dominam nominat, sic David Dominum nostrum signat. Tu. ꝯ.

## LECTIO 6.

David autem offensus est stulto Nabal, quando Dominus offensus est homini impio. David Nabal stulto per Abigail placatur, quando Dominus impio per MARIAM reconciliatur. Abigail placavit David verbis et numeribus. MARIA placat Dominum precibus et meritis. Abigail utrorem temporalem, MARIA verò æternalem convertit. Tu. ꝯ.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secund. Lucam.

## LECTIO 7. c. 2.

In illo tempore: Dixit Simeon ad MARIAM Matrem JESU: ecce positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israel. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventuræ Ep. Specul. B. V. M. Lectio 4.

Hic gladius acutissimam Filii sui passionem, sive mortem signat: gladius corporalis animam nec occidere potest, nec vulnerare: sic acutissima Christi passio, licet animam MARIE per compassionem pertransivit, ipsam tamen nec per odium occidit, nec per impatentiam vulneravit. Tu. ꝯ.

## LECTIO 8.

MARIA enim interfectorum Filii sui nunquam odivil, nunquam contra eos impatientis fuit. Nam si alii Martyres patientissimi fuerunt in martyrio suo corporali, quanto magis Mater nostra MARIA in Martyrio suo spirituali, de cuius nobilitate Hieronymus ait: quia spiritualiter et atrocius passa est gladio passionis Christi, plusquam Martyr fuit. Tu. ꝯ.

## LECTIO 9.

**O** mira MARLE patientia, et mansuetudo, quæ non solum patientissima fuit, dum coram ipsâ Filius ejus crucifigeretur, sed etiam dum ante crucifixionem propter ipsam Filius ejus vilipenderetur, sicut in Evangelio Marci dicitur: nonne hic est fabri filius et MARLE? ubi post pauca sequitur: et scandalizabant in eo. Tu. Te Matrem. p. 5.

*Ad Laud. et Horas ant. Capit. &c. ut in die Purif.*

*Ad Bened. ant. Ecce positus est hic in signum, cui contradicetur, et tuam animam doloris gladius pertransibit.*

Oremus. *Oratio.*

Adjuvet nos, quaesumus, Domine, gloriose tuæ Genitricis semperque Virginis MARLE intercessio veneranda: ut, quos perpetuis cumulavit beneficiis, à cunctis periculis absolutos, suâ faciat pietate concordare: Qui vivis et regnas.

## CANONES.

## VITE CONTEMPLATIVE

*In Dominicis et Feriis Februarii recitandi, si hæ Dominica et Feræ venerint ante Septuagesimam. Si verò venerint post Septuagesimam transferuntur ad ultimas Dominicas et Hebdomadas post Pentecostem.*

## VI.

MARIA DEIPARA.  
CANON.

Ex S. Epiphano Episcopo. An. 370.—*Contr. hæres. hæc.* 30. p. 70.

171. Magna revera est MARIA Sancta Virgo coram Domino et hominibus. Quomodo enim non dixerimus hanc magnam, quæ incomprehensibilem concepit, quem

celi et terra capere non possunt? Tu.

*Ad Magnific. ant. Benedictum eloquium tuum, et benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne ulciscerer manu mea.*

## CANONES.

*Infra Hebd. prim. Febr.*

## FERIA II.

Ex D. Accasio Ep. Militensi. *Ad an. 431.—Hom. hab. in Conc. Eph. p. 3. c. 7.*

172. Deipara est Sancta Virgo, Deus enim ex eâ natus est, non quòd initium, ut esset, ex eâ sumpserit, sed quòd, ut homo fieret, principia inde hausit. Tu.

## FERIA III.

Ex Concilio Alexandrino. An. 431. *Epist. Synodica ad Nestor.—Concil. T. V. p. 403. n. 11.*

173. Quia sacra Virgo Deum carni secundum hypostasim unitum corporaliter genuit, ob id illam quoque Deiparam esse dicimus. Tu.

## FERIA IV.

Ex S. Leone Papâ Primo. An. 450. *Ep. 93. ad Turib. Asturicens. n. 3.—Conc. T. VII. p. 222.*

174. In magnæ tendunt impietatis abruptum, qui Christum Dominum, vel ex Matre volunt habere principium, vel Patris Dei Unigenitum dilitentur: cum et de Matre is natus sit, qui erat Deus Verbum, et de Patre nemo sit genitus præter Verbum. Tu.

## FERIA V.

Ex Concilio Chalcedonensi. An. 451.—*Tom. 8. Concil. p. 629.* 175. Sancta MARIA Theotoccos scribatur: in Symbolo sic addatur. Tu.

## FERIA VI.

Ex Concilio Chalcedonensi. *Ut supra. pag. 631.*

## LECTIO 3.

176. Sancta MARIA Theotoccos est: Qui non sic sapit, hæreticus est. Tu.

## SABBATO.

Ex Joanne Papâ Secundo. *Epist. 3. ad Senatores.—Concil. Tom. 11. p. 122.*

177. Gloriosam Sanctam semper Virginem MARIAM propriè et veracièr Dei Genitricem, Matremque Dei Verbi ex eâ incarnati, ab hominibus catholicis confiteri rectè esse docemus propriè et veracièr. Tu.

## DOM. II. VITÆ CONT.

## Semiduplex.

*Si hæc Dom. incidat in Sept. vel post Septuag. omittitur. Quando ponitur in loco prime dicitur Hymn. Quod chorus. ad Mat. et reliqua ut in die Purific. cum commemoratione Domini ejusdem.*

## IN I. NOCT.

De libro secundo Regum.

## LECTIO 1. c. 6. v. 12.

Abiit ergò David, et adduxit arcam Dei de domo Obededon in civitatem David cum gaudio: et erant cum David septem chori et vicium vituli. Cumque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabant bovem et arietem. Et David sallabat lotis viribus ante Dominum. Porrò David erat accintus Ephod lineo. Tu. *Memorare. p. 129.*

## LECTIO 2.

Et David, et omnis domus Israel ducebant arcam testamenti Domini in jubilo, et in clangore buccinæ... Et introduxerunt arcam Domini, et imposuerunt eam in loco suo, in medio tabernaculi, quod tenderat ei David: et oblituit David holocausta et pacifica coram Domino. Tu. *Contin. p. 129.*

Cumque complexset offerens holocausta, et pacifica benedixit populo in nomine Domini exercituum. Et partitus est universæ multitudini Israel, tam viro, quam mulieri, singulis collyridam panis unam, et assalutam bubulæ: carnis unam, et similam frixam oleo, et abiit omnis populus, unusquisque in domum suam. Tu. *v. Virgo. p. 129.*

## IN II. NOCT.

Sermo S. Ambrosii Ep.

## Serm. 80. LECTIO 4.

Siquidem David rex pariter et Propheta, dum multa cecinerit antea arcam testamenti, etiã saltasse dicitur. Elatus enim gaudio, in saltationem prorumpit. Prævidebat enim in Spiritu MARIAM de germine sui Christi thalamo sociandam. Unde ait: et ipse tantam sponsus procedens de thalamo suo. Tu. *v. Tu medicina. p. 129.*

## LECTIO 5.

Ideo ipse præ cæteris Prophetiarum auctoribus plus cantavit, quia lætior cunctis per hæc gaudia suos posteros conjugabat, et ad propria vota dulcius invitans, docuit nos quid ex ipsis nuptiis facere deberemus, cum illo ante nuptias tantâ exultatione saltaverit antea arcam. Arcam autem quid nisi sanctam MARIAM dixerimus. Tu. *v. Os suum. p. 129.*

## LECTIO 6.

Siquidem arca intrinsecus portabat testamenti tabulas. MARIA autem ipsius testamenti gestabat hæredem. Illa intra se legem, hæc Evangelium retinebat. Illa Dei vocem habebat, hæc Verbum: verum tamen arca intus forisque auri nitore radiabat, sed et Sancta MARIA intus forisque virginitatis splen-

BIBLIOTECA CENTRAL  
UNIVERSITATIS  
VINDOB. NAT.

dore fulgebat. Illa terreno ornabatur auro, ista celesti. Tu. ꝑ. Lactamini. p. 129.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. v. 33.

In illo tempore: Erat JOSEPH et MARIA mater JESU, mirantes super his, quæ dicebantur de illo. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosii Episcopi. Lib. 2. in cap. 2. *Lucæ propæt fœnem.*

Vides uberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam, et prophetiam incredulis negatam esse, non justis. Ecce et Simeon prophetat in ruinam et in resurrectionem multorum venisse Dominum JESUM—Christum, ut justorum iniquorumquæ merita decernat, aut præmia. Tu. ꝑ. Quædam. p. 129.

## LECTIO 8.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Nec liera, nec historia docet ex vitâ MARIAM corporalis necis passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio transverberatur. Et ideò prudentiam MARIE hand ignaram mysterii celestis ostendit. Tu. ꝑ. Intra cubitum. p. 129.

## LECTIO 9.

Prophetavit itaque Simeon, prophetaverat Virgo, prophetaverat copulata conjugio: prophetare debuit etiam vidua, ne qua aut professio deesset, aut ætas. Et ideò Anna, et stipendiis viduitatis, et moribus talis inducitur, ut digna planè fuisse credatur, quæ Redemptorem omnium venisse nuntiaret. Tu. ꝑ. Te Matrem. p. 5.

Ad Benedict. ant. Conservabat MARIA omnia, quæ dicebantur de puero, conferens in corde suo.

Oremus. Oratio.

Famulos tuos, quæsumus, Domine, beata MARIE, semper virginis intercessio gloriosa lætificet, ut spiritualibus semper muniamur auxiliis, et gaudiis perficere mereamur æternis. Per Dominum.

## CANON.

Ex Joarne Papæ Secundo. Epist. ut supra.

178. Quia propriè et veracitèr Dei Filius ex eâ incarnatus est, ideò propriè et veracitèr Matrem Dei ex eâ incarnati et nati esse confitemur. Tu.

Ad Magnif. ant. Deducebant David et omnis Israel arcam testamenti in júbilo, alleluia.

## CANONES

Post Domin. 2. Februaræ.

## FERIA II.

Ex Concilio Constantinopolitano. An. 536.—*Concil. Tom. 9. p. 361.*

179. Sancta MARIA Theotocos, quod est Dei Genitrix, est: Sancta MARIA Dei Genitrix est, Sancta Synodus hoc dixit. Tu.

## FERIA III.

Ex Pelagio Papæ Primo. An. 550. *Epist. ad Childbert. Reg. —Conc. T. 12. p. 527.*

180. Beatam Virginem MARIAM Dei Genitricem verissimè confitemur: peperit incarnatum Dei Verbum. Tu.

## FERIA IV.

Ex Sancto Gregorio Papæ Primo. Ep. 67. ad *Quiricum. an. 605.*

181. Ecce eadem Virgo et ancilla Domini dicitur et Mater. Nec alterius ancilla, et alterius Mater: quia dum Unigenitus Dei existens ante secula ex ejus utero natus est homo, investigabili miraculo

facta est ancilla hominis per divinitatem et Mater Verbi per incarnationem. Tu.

## FERIA V.

Ex Concilio Mediolanensi. An. 679.—*Inter præambul. Conc. III. Constantinop. T. 16. p. 46.*

182. Propriè et verè Dei Genitricem Sanctam et gloriosam et semper Virginem MARIAM confitemur: non quia Deus Verbum initium ex ipsâ accepit: sed quòd in ultimis diebus unigenitus Deus Verbum, qui ante secula erat, incarnatus ex ipsâ immutabiliter homo factus est. Tu.

## FERIA VI.

Ex Concilio Constantinopolitano Teritis. An. 680.—*Can. 1.—Concil. T. 16 p. 680.*

183. Quæ in Ephesiorum civitate à ducentis divinis Patribus sub Theodoro Arcadii filio imperatore nostro expositæ sunt, doctrinas, tanquam infractum pietatis robur obfirmamus, unum Christum Filium Dei incarnatum prædicantes; et quæ ipsum sine semine peperit, impollutam semper Virginem propriè et verè Deiparam decernentes. Tu.

## SABBATO.

Ex Concilio Romano. An. 680. *Sub Agathon. Ep. Synodica ejusd.—Conc. T. 16. p. 180.*

184. Confitemur unum ejusdem Sanctæ coessentialis Trinitatis Deum Verbum... incarnatum de Spiritu Sancto et Sanctâ Immaculatâ, semperque Virgine gloriosâ MARIA Dominâ nostrâ verè et propriè Dei Genitricæ. Tu.

## DOM. III. VITÆ CONT.

Semiduplex.

Hæc Dom. omittitur in Septuag.

*Omnia dicuntur ut in Psalter. per annum.*

## IN I. NOCT.

De libro tercio Regum.

LECTIO 1. c. 6. v. 1.

Factum est quadringentesimo octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terrâ Ægypti, in anno quarto, mense Zio (ipse est mensis secundus), regni Salomonis, super Israel edificari cepit domus Domino, Domus autem, quam edificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine et viginti cubitos in latitudine, et triginta cubitos in altitudine. Tu. ꝑ. Memorare. p. 129.

LECTIO 2. c. 6.

Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hærent muris templi. Domus autem cum edificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis adificata est: et malleus, et securis et omne ferramentum non sunt audita in domo, cum edificaretur. Tu. ꝑ. Continet. p. 129.

LECTIO 3.

Ostium lateris medi in parte erat domus dextræ: et per coeculam ascendebant in medium cœnaculum, et à medio in tertium. Et adificavit domum, et consumavit eam: texit quoque domum laqueribus cedrinis. Et adificavit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis; et operuit domum lignis cedrinis. Tu. ꝑ. Virgo p. 132.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Ephrem Diaconi. *Serm. adversus Hæretic.*

LECTIO 4.

Non ex super inducto semine Virgo peperit: absit; sed suam ipsius substantiam sine motu carnali commodavit, et non lapidibus, ascia vel

securi dolatis sapientia sibi domum edificavit. Non est auditum fieri sonus in edificio: neque enim vir in MARIA ministravit, sed sola Virgo. Tu. §. Tu medicina. p. 129.

## LECTIO 3.

Politi per se, ac jam dolati lapides erant, non ab hominibus preparati: ita etiam in MARIA assumptio non virili operâ facta est: sed ex naturâ nostrâ delecta per castissimam Virginem. Sicut è terrâ sumpti sunt lapides, ita et assumptio aucta est per naturam, et divinitus mansit immaculata propter incontaminatam naturam. Tu. §. Os suum. p. 129.

## LECTIO 6.

Absque ferro adificatum est templum, et sine corruptiore atque dolore natus est Christus. Sola terra ministravit, sicut et sola Virgo concepit. Non est scissa petra, neque sensit lapidum abiectionem terra: et Virgo neque mo'a est, neque ex voluptate concepit. Non aliunde terra lapides acceptos præbuit, verum ipsa eos sine labore, atque experientia suppeditavit. Similiter quoque in Virgine non super inductus quispiam assumptioni fuit, sed ab ipsâ assumptus est. Tu. §. Lætamini. p. 129.

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Lucam.

## LECTIO 7. c. 10. v. 42.

In illo tempore: dixit JESUS Martha: Maria optimam partem elegit. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Serm. 4. in assumpt. B. V.

Optimam partem elegit sibi MARIA, optimam planè: quia bona fecunditas conjugalis, melior autem castitas virginialis: prorsus autem optima est fecunditas virginæ, seu fecunda virginitas. MARLE privi-

legium est, non dabitur alteri, quia non auferetur ab eâ. Singulare etiâ est: sed continuo etiâ indicibile invenitur, ut nemo assequi potest, sic nec eloqui quidem. Tu. §. Quædam. p. 129.

## LECTIO 8.

Quid si illud adjicias, ejus mater? Quæ jam poterit lingua, etiâ si angelica sit, dignis extollere laudibus Virginem matrem, matrem autem non cujuscumque sed Dei? Duplex novitas, duplex prærogativa, duplex miraculum, sed dignè prorsus, almissimèque conveniens. Neque enim Filius alius Virginem, nec Deum deicit partus alter. Tu. §. Intra cubic. p. 129.

## LECTIO 9.

Verumtamèn non hoc tantum diligenter attendas, sed cæteras quoque virtutes singulares prorsus invenies in MARIA, quæ videbantur esse communes. Quæ enim vel angelica puritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritus Sancti sacrarium fieri, et habitaculum Filii Dei? Si rerum prælia de raritate pensamus, quæ prima in terris angelicam propositionem ducere vitam, super omnes est. Tu. Te matrem. p. 3.

Ad Benedict. ant. MARIA \* optimam partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.

Oremus.

Oratio.

Protege, Domine, famulos tuos propitiatione perpetuâ, ut qui ex toto corde Virgini Matri tuæ fideliter servire cupimus, et tibi placere valeamus. Qui vivis et regnas.

## CANON.

Ex Concilio Nicæno Secundo. An. 787. act. 7. — *Concil. T. 18. p. 583.*

185. Confitemur Dominam nostram Sanctam MARIAM propriè et

verè Deiparam, ut quæ peperit unum Sanctæ Trinitatis Christum Dominum, quemadmodum prior Ephesina Synodus constituit Tu.

Ad Magnific. ant. Mallens, \* et securis, et omne ferramentum non sunt audita in domo, cum edificaretur.

## CANONES.

Intra Dom. 3. Februari.

## FERIA II.

Ex Epistolâ Synodicâ Theodori Patriarchæ Jerosolymitani.

Probata in Conc. Nicæno II. act. 3.

Concil. T. 19. p. 194.

186. Dei Genitricem propriè ac per veritatem Sanctissimam MARIAM nominari «Ephesina Synodus» legitimè statuit. Tu.

## FERIA III.

Ex Concilio Nicæno Secundo.

Act. 7. — *T. 19. Concilior. p. 379.*

187. Confitemur Dominam nostram Sanctam MARIAM propriè ac veraciè Dei Genitricem, quoniam peperit carne, unum ex Sanctâ Trinitate, Christum videlicet Deum nostrum. Tu.

## FERIA IV.

Ex Concilio Francofordiensi.

An. 794. — *Epist. ad præsul. Hispaniæ — Conc. T. 20. p. 145.*

188. Neque alium JESUM Christum, alium Verbum dicimus, ut nova hæresis calumniatur, sed eundem et ante secula, et ante mundum, et post MARIAM, imò ex MARIA magnum Deum appellamus, Salvatorem nostrum JESUM Christum, qui dedit semetipsum pro nobis. Tu.

## FERIA V.

Ex Concilio Constantinopolitano Quarto.

An. 870. — *Ad finem Conc. T. 23. p. 394.*

189. Sanctissimam et nuptiarum ignaram MARIAM, quæ illum peperit, propriè ac veraciè Dei Genitricem fatemur, quemadmodum universalis tertia Synodus, quæ apud Ephesum congregata est, prædicavit. Tu.

## FERIA VI.

Ex Divo Thoma Aquinatis.

An. 1274. — *Prim. p. q. 25. a. 6. ad 1.*

190. Beata Virgo MARIA, ex hoc, quod est Mater Dei, habet quandam dignitatem infinitam ex infinito bono quod est Deus, et ex hæc parte non potest aliquid fieri melius, sicut non potest aliquid esse melius Deo. Tu.

## SABBATO.

Ex Concilio Fiorentino.

An. 1438. — *Sess. 8. — Concil. T. 32. p. 141.*

191. Dicere Filium Patri substantialiæ descendisse de cælis, et incarnatum esse de Spiritu Sancto et MARIA Virgine, nihil aliud significat, quam Deum natum esse de Virgine. Est igitur explanatio vox Deipara, sed tamen non est adidata. .... Tu.

Sabbato ante Domin. in Septuagesimâ post Vesper. ad Benedictamus Dom. additur duplex Alleluia, hoc modo. §. Benedictamus Domino, alleluia, alleluia. §. Deo gratias, alleluia, alleluia.

Et deinceps non dicitur amplius alleluia usque ad Sabbat. Sanctum. Sed post Deus in adiutor. ubi dicebatur alleluia dicitur: Laus tibi Domine Rex æternæ gloriæ.

Sequentes tres Dominice, nempe Septuag. Sexag. et Quingages. non mutantur, nisi occurrente festo Duplici primæ classis, et tunc fit de eis commemoratio tantum. In

ipsis Domin. nulla fit commemoratio.

Si hæc Dominica incidat in Puerper. vii. post lect. dicuntur de temp. Puerper. Si vero incidat in Vitâ contempl. tunc dicuntur de hoc tempore, cætera ut in Psalter. per annum.

## DOM. IN SEPTUAGESIMA.

Semid. 2. Classis.

## AD MATUT.

Invitor. Præcepimus faciem MARLE in jubilatione: \* et in canticis collaudemus eam.

In primo versu Psalmi Invitorii Venite exult. omittitur: Præcepimus faciem etc. et ejus loco repetitur Invitorium.

## IN I. NOCT.

De Pulo tertio Regum.

LECTIO 1. c. 10. v. 18.

Fecit rex Salomon thronum de ebore grandem: et vestivit eum auro fulvo nimis, qui habebat sex gradus: et summas throni rotunda erat in parte posteriori: et duas manus hinc, atque inde tenentes sedile, et duo leones stabant juxta manus singulas. T. ij. In Puerper. Jacob. p. 113. ij. In vit. cont. Memorare. p. 129.

LECTIO 2.

Et duodecim leuociti stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in universis regnis. Sed et omnia vasa, quibus potabat rex Salomon, erant aurea, et in reversa suppellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alius pretii putabatur in diebus Salomonis. Tu. ij. In Puerper. Puer. p. 113. ij. In vit. cont. Continet. p. 129.

LECTIO 3. c. 23.

Magnificatus est ergo rex Salomon

super omnes reges terræ divitiis et sapientiâ, et universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audiret sapientiam ejus, quam dederat Deus in corde ejus, et singuli deferebant ei innumera, vasa argentea et aurea, vestes et arma bellica, aromata quoque, et equos, et mulos, per annos singulos. Tu. ij. In Puerper. Benedicta. p. 113. ij. in vit. cont. Virgo, que. p. 129.

## IN II. NOCT.

Sermo S. Petri Damiani, Ep. De Nativitate B. M. V.

LECTIO 4.

Salomon noster Christus fecit thronum, utrum videlicet intemperata Virginis, in quo sedit illa majestas, que totum concutit orbem. De ebore, inquit. Ebor enim et mirabili candore relucet, et nullâ præminet fortitudine, frigidiorisque natura soritur auspiciis. Et quid candidus illa virginitate quæ singularis aspectus sui gratiâ supercalescent curiam afflicti ad videndum? Quid fortius illa fortitudine, per quam Domini fortitudo vasa disrupti fortioris? Quid frigidius illa substantiâ quam obumbravit virtus Altissimi, et ab æstu peccati defendit supervenientis Spiritus plenitudo? Tu. ij. In Puerper. Beata Dei, p. 113. ij. In vit. cont. Tu medicina. p. 119.

LECTIO 5.

Sequitur grandem. Quid grandius Virgine MARIA, que magnitudinem divinitatis in sui ventris concubitu arcanum? Attende Seraphim, et in illius superioris nature supervola dignitatem; et videbis quid quid majus est, minus Virgine, solamque Opificem opus istud supergredi. Et vestivit eum auro fulvo nimis. Aurum omnibus me-

lalis pretiosius intellige divinitatem Dei. Hæc vestita est, immo supervestita Mater Altissimi, totamque Virginem tota illa indivisibilis natura gratiori gratiâ superinduit. Tu. ij. In Puerper. Beata vise. p. 113. ij. In vit. cont. Os suum. p. 119.

LECTIO 6.

Quid est autem quod dicit fulvo nimis? Hic lætal, et contremiscat omnis creatura, et vix audeat aspicere tantæ dignitatis, et dignationis immensitatem. Dominus tecum: ait Archangelus. Habitat in Angelis Deus, sed non cum Angelis, quia cum illis ejusdem non est essentia. Habitat Deus in Virgine, habitat cum illa, cum quâ unius nature habet identitatem. Hoc est ergo aurum fulvum nimis, quo thronus est vestitus, quia tali modo Deus Virginem induit, et in Virgine indutus est, ut meliori non possit. Tu. ij. In Puerper. Ego dilect. p. 113. ij. In vit. cont. Lætamini. p. 129.

## IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO 7. c. 1. v. 19.

In illo tempore: JOSEPH vir MARLE, cum esset justus, et nollet eam traducere. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Homil. 2. super Missus.

Benè cum esset justus, noluit eam traducere: quia sicut nequaquam justus esset, si cognitam ream consensisset, sic nihilominus justus non esset, si probatam innoxiam condemnasset. Cum ergo justus esset, et nollet eam traducere, voluit dimittere eam. Tu. ij. In Puerper. Nesciens. p. 113. ij. In vit. cont. Quædam. p. 129.

LECTIO 8.

Quare voluit dimittere eam? acci-

pe et in hoc non meam sed Patrum sententiam. Propter hoc JOSEPH voluit dimittere eam, propter quod et Petrus Dominum suum à se repellat, dicens: Exi à me, Domine, quia homo peccator sum. Ita ergo et JOSEPH indignum et peccatorem se reputans, dicebat intra se: à tali et à tantâ non debere sibi ultrâ familiare præstari conubium, ejus supra se mirabilem expavescebat dignitatem. Tu. ij. In Puerper. Creator. p. 113. ij. In vit. cont. Martha. p. 129.

LECTIO 9.

Sed quare oculis et non palam? Ne videlicet divortii causa inquireretur, exigeretur ratio. Quid enim vir justus responderet populo dura cervicis, populo non credenti, et contradicenti? Si diceret, quod sentiebat, quod de illius puritate non probaverat, nonne mox increduli et crudeles Judæi subsanarent illum, lapidarent illum? Quando namque veritati crederent tacenti in utero, quam postea contempserunt clamantem in templo? Tu. ij. In Puerper. Genuit. ij. In vit. cont. Intra. p. 129.

In Dominicis à Septuag. usque ad Pasch. non dicitur Canticum. Te Matrem.

Ad Bened. ant. Cum esset justus JOSEPH, voluit oculis dimittere eam.

Oratio.

Salva nos, Christe Salvator, et per intercessionem Sanctissimæ Genitricis lætæ, fac nos ad superna gaudia pervenire. Qui vivis et regnas.

VII.

ANATHEMATA

CONTRA HERETICOS.

CANON.

EX S. Julio Papâ Primo.

An. 336.—*Epist. ad Prosdocium.*  
n. 3.

192. Si quis autem Filium ex MARIA natum dicat hominem à Deo assumptum, unitasque personas duas; à divină spe alienum se sciat. Est enim Deus Verbum per quem omnia, sicut Joannes et Paulus docuerunt, non dicentes Verbum assumpsisse JESUM ex MARIA genitum, sed ipsum venisse in mundum natum ex muliere. Tu.

Ad Magnif. ant. Fecit rex Salomon \* thronum de ebore magni-  
num, et vesivit eum auro fulvo  
nimis.

## CANONES.

*Infra Hebdomad. Septuagesimæ.*

## FERIA II.

Ex S. Julio Papâ Primo.

*Ibid. ut supr. n. 4.*

193. Anathema sit quibus Filium ex MARIA natum non confite-  
tur incarnatum Deum Verbum,  
consubstantialia Patri, et à prin-  
cipio existentem, immutabilem in  
Incarnatione, et in passionibus im-  
patabilem. Tu.

## FERIA III.

Ex S. Julio Papâ Primo.

*Ut supra.*

194. Similitèr anathema sit, et  
qui carnem Salvatoris non ex MA-  
RIA, sed è cælo dicit: aut eum qui  
incautus est naturâ, rem creatam,  
et ex non extantibus asserit. Tu.

## FERIA IV.

Ex S. Athanasio Ep. Alexandrino.  
An. 340.—*Concil. T. 6. In apolo-  
geti. pro 12 capit. — 3. p. Conc.  
Eph.*

195. Si quis ex divinis scriptu-  
ris docet, alium dicens Filium Dei,  
alium ex MARIA secundum gratiam  
Filium adoptat., sicut nos, ut  
sint duo Filii, unum secundum na-

turam Filius Dei, qui ex Deo: et  
unus secundum gratiam, homo ex  
MARIA.... hunc anathematizat  
Sancta et catholica Ecclesia. Tu.

## FERIA V.

Ex S. Athanasio Ep. Alexandrino.

*Ut supra.*

196. Si quis Domini carnem su-  
pernè esse dicit, et non ex Virgine  
MARIA.... hunc anathematizat  
Sancta et catholica Ecclesia. Tu.

## FERIA VI.

Ex Concilio Ariminensi.

An. 359. *sub Liber. — Concil. T. 3.  
pag. 193.*

197. Si quis Deum Patrem ip-  
sum de MARIA natum, eundemque  
Patrem et Filium dixerit; anathe-  
ma sit. Tu.

## SABBATO.

Ex Concilio Ariminensi.

*Ut supra.*

198. Si quis Filium Dei de MA-  
RIA initium sumpsisse dixerit, vel  
fuisse tempus, quando non erat Fi-  
lius, anathema sit. Tu.

## DOM. IN SEXAGESIMA.

*Semid. 2. Classis.*

*Invitator. ut in Dom. præc. p. 140.*

## IN I. NOCT.

De libro quarto Regum.

LECTIO 1. c. 4. v. 1.

Mulier quædam de uxoribus Pro-  
phetarum clamabat ad Eliseum,  
dicens: servus tuus vir meus mor-  
tuus est, et tu nosti, quia ser-  
vus tuus fuit timens Dominum:  
ecce creditor venit, ut tollat duos  
filios meos ad serviendum sibi.  
Cui dixit Eliseus: quid vis, ut fa-  
ciam tibi? Dic mihi, quid habes  
in domo tuâ? At illa respondit:  
non habeo ancilla tua quidquam in  
domo meâ, nisi parum olei quo  
ungar. Tu. *ij. Ut in Dom. præ-  
cedent. p. 140.*

## LECTIO 2.

Cui ait: vade, pete mutuò ab om-  
nibus vicinis tuis vasa vacua, non  
pauca. Et ingredi, et claude os-  
tium tuum, cum intrensecus fue-  
ris tu, et filii tui: et mitte inde in  
omnia vasa hæc, et cum plena  
fuerint, tolles. Tu. *ij.*

## LECTIO 3.

Uit itaque mulier, et clausit ostium  
super se, et super filios suos: illi  
afferebant vasa, et illa infundebat.  
Cumque plena fuissent vasa, dixit  
ad filium suum: affer mihi adhuc  
vas. Et ille respondit: non habeo.  
Stetitque oleum. Venit autem illa,  
et indicavit homini Dei. Tu. *ij.*

## IN II. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep. in  
Speculo B. MARLE V. *Lect. 7.*

## LECTIO 4.

Consideremus carissimi, quòd MA-  
RIA plena est unctione misericor-  
diæ, plena oleo pietatis. Undè ip-  
sa signata esse potest per mulie-  
rem illam, cui, clauso ostio do-  
mùs suæ, omnia vasa intus con-  
gregata facta sunt miraculosè oleo  
plena, secundum quod Eliseus ei  
prædixerat, dicens: cum plena fue-  
rit, tolles. Mulier ista est MA-  
RIA, quæ etiã à Filio suo mul-  
ier appellata est in Joanne, ubi  
dicitur: mulier, ecce Filius tuus.  
Tu. *ij.*

## LECTIO 5.

Hujus mulieris vasa sunt affectus  
et effectus, desideria et beneficia,  
quæ omnia plena oleo misericor-  
diæ plena sunt in MARIA. Dica-  
mus ergò, carissimi: dicamus MA-  
RLE: Date nobis de oleo vestro.  
Petamus oleum misericordiæ ejus  
in mundo, ne frustrà petamus in  
judicio. Tu. *ij.*

## LECTIO 6.

Quòd autem domus, in quo vasa  
replebantur, clausa fuit, hoc opti-  
mæ MARLE convenit, de cujus  
clausurâ Ezechiel ait: porta hæc  
clausa erit, et non aperiatur, et vir  
non transit per eam, quoniam  
Dominus Israel egressus est per  
eam. Sed certè quia ad multi-  
plicationem olei, vasa etiã vicin-  
orum non pauca collecta fuerant:  
ideò quoque per vasa illa omnes  
signari possunt, qui plenitudinis  
misericordiæ suæ participes sunt.  
Tu. *ij.*

## IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

LECTIO 1. c. 22. v. 35.

In illo tempore: Interrogavit JE-  
SUM unus ex Phariseis legis Doc-  
tor, tentans eum: Magister quod  
est mandatum magnum in lege?  
Et reliqua.

Homilia S. Amadei Ep. Laus.

*De Laudib. B. V. Hom. 4.*

Diligebat Virgo Deum ac Filium  
suum ex toto corde, ex totâ mentè,  
et ex omnibus viribus suis. Ex  
toto corde, quia toto affectu; ex  
tota mente, quia toto intellectu;  
ex omnibus viribus, quia omni cor-  
dis intensione, et mandatorum  
omnium executione. Videbat oculis  
et manibus tractabat Verbum vitæ.  
Tu. *ij.*

## LECTIO 8.

Felix, qui præstitum est foreve  
eum, qui fovet, ac nutrit omnia,  
portare portantem universa, lac-  
tare Filium, qui lac ipsis uberi-  
bus infundit, pascere cuncta pa-  
scentem, et ecesam avibus admi-  
nistrantem. Pendebat in collo ejus  
Patris sapientia, et in humeris ejus  
virtus movens cuncta residebat.  
Tu. *ij.*



Stabat in sinu materno parvulus  
JESUS, et in gremio quiescebat  
Virgois sanctarum requies anima-  
rum. Aliquando subnixo capite,  
levâ dextrâque tenentem, vultu  
placidissimo Genitricem aspicebat,  
quem desiderant angeli videre, et  
blando murmure vocabat Genitri-  
cem, quam omnis spiritus appellat  
in necessitatibus, at illa repleta  
Spiritu Sancto sanctum pectus pueri  
suo pectori copulabat, et faciem  
illius faciei suæ applicabat. Tu.  
¶

*Ad Benedict. ant.* Dilexit Deum  
\*Virgo totâ mente, toto corde, totis  
viribus.

Oremus. *Oratio.*

Da nobis, quatenus, Domine  
Deus noster, beatæ Virginis MAR-  
IE virtutes recollere, ut quam  
dignâ mente non possumus cele-  
brare, humilibus saltem frequen-  
temur obsequiis. Per Dom.

CANON.

Ex Concilio Romano.  
*Sub Damas. an. 373.—Concil. T. 3.*  
*pag. 304.*

199. Si quis Sanctam MARIAM  
Deiparam non credit, extra divini-  
tatem est. Tu.

*Ad Magnif. ant.* Oleum effu-  
sum \*nomen tuum: adolescentulæ  
dilexerunt te nimis.

CANONES

*Inj. a Hebdom. Sexagesimæ.*

FERIA II.

Ex Concilio Romano.

*Ut supra.*

200. Si quis Christum per Vir-  
ginem, tanquam per canalem de  
currisse ac defluxisse, ac non in  
eâ divino modo, quia absque viri  
opera; humano, quia procreationis  
lege formatum esse dixerit, in si-  
mili impietate versatur. Tu.

FERIA III.

Ex Concilio Romano.

*Ibid. Ep. Damas. Paulino Ep.*  
*Antioch. p. 306.*

201. Anathematizamus Photi-  
num, qui Ebionis hæresim instau-  
rans, Dominum JESUM Christum  
tantum ex MARIA Virgine confite-  
tur. Tu.

FERIA IV.

Ex Concilio Romano.

*Ut supra.*

202. Anathematizamus eos, qui  
duos filios asserunt, unum ante  
sæcula, et alterum post assumptio-  
nem carnis ex Virgine. Tu.

FERIA V.

Ex S. Gregorio Nacianceno.

*An. 390. Ep. 1. ad Clæon. lecta*  
*in Conc. Ephesino. Concil. T. 3.*  
*pag. 503.*

203. Si quis MARIAM Deiparam  
esse inficiatur, à Deo alienus est.  
Tu.

FERIA VI.

Ex S. Gregorio Nacianceno.

*Ut supra.*

204. Si quis per Virginem pe-  
rindè ac per fistulam measse, nec  
in eâ divino humanoque modo sim-  
ul formatum esse dixerit, anathe-  
ma sit. Tu.

SABBATO.

Ex S. Gregorio Nacianceno.

*Ut supra.*

205. Si quis duos introducit Fi-  
lios, unum quidem ex Deo et Patre,  
alterum verò ex MARIA, non au-  
tem unum aique eundem, is ab eâ  
adoptione excidat, quæ ream fi-  
dem servantibus promissa est. Tu.

DOMIN IN QUINQUESIMA.

*Semd. 2. Classis.*

*Invitator. utin Dom. Sept. p. 140.*

IN. I. NOCT.

De libro primo Paralipomenon.

LECTIO 1. c. 1. v. 16.

Attulerunt arcam Dei, et consti-  
tuerunt eam in medio taberna-  
culi, quod tulerat ei David,  
et obtulerunt holocausta, et pacifi-  
ca coram Deo. Cumque com-  
plexisset David offerens holocausta,  
et pacifica, benedixit populo in  
nomine Domini. Tu. Memorare.  
p. 129.

LECTIO 2. 2. v. 7.

In illo die fecit David principem  
ad confitendum Domino Asaph,  
et fratres ejus. Confitemini Domino,  
et invocate nomen ejus. Cantate  
ei, et psallite ei: et narrete omnia  
mirabilia ejus. Tu. ¶. Continet.  
p. 129.

LECTIO 3. c. 31.

Lætentur cæli, et exultet terra: et  
dicant in Nationibus: Dominus re-  
guavit. Tonet mare, et plenitudo  
ejus, exultent agri et omnia, quæ  
in eis sunt. Tunc laudabunt ligna  
saltus coram Domino, quia venit  
judicare terram. Confitemini Do-  
mino, quoniam bonus, quoniam in  
aeternum misericordia ejus. Tu. ¶.  
Virgo, quæ. p. 129.

IN III. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep.  
in Speculo B. V. *Lectio 7.*

LECTIO 4.

Tanta fuit inundatio gratiæ, tanta  
profunditas et magnitudo fuit, ut  
ipsa mare plenum dici possit juxta  
illud: Tonet mare et plenitudo ejus.  
Sicut in mari aquarum, sic in  
MARIA sunt congregationes gratia-  
rum. Quàm plenum sit hoc mare,  
quàm plena gratiâ sit MARIA,  
beatus Hieronymus aperit, dicens:  
benè plena, quia cæteris per par-  
tes præstatur, MARIE verò simul  
se tota infundit plenitudo gratiæ.  
Tu. ¶. Tu med. p. 129.

LECTIO 5.

Hoc plenum mare audiamus con-

tra viliâ tonare. Tonet ergo mare,  
et plenitudo ejus, tonet plenum  
mare, tonet plena MARIA. Tonet  
contra luxuriam, castitatem pro-  
ponendo, et dicat; quomodo fiet  
istud, quoniam virum non cog-  
nosce? Tonet etiam contra super-  
biam, humilitatem sentiendo, et  
dicat: ecce ancilla Domini. Tonet  
contra ingratitude gratias agen-  
do, et dicat: Magnificat anima mea  
Dominum. Tu. ¶. Os suum. p.  
129.

LECTIO 6.

De plenitudine hujus maris simi-  
liter in Psalmo dicitur: moveatur  
mare et plenitudo ejus. Moveatur  
mare, moveatur MARIA: moveatur  
certè suspiriis et castigationibus:  
moveatur lacrymis et ora-  
tionibus: moveatur elemosinis et  
aliis venerationibus; moveatur,  
inquam, plene, et nobis effundat  
de suâ plenitudine. Tu. Lætami-  
ni. p. 129.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum  
Matthæum.

LECTIO 7. c. 12. 46.

In illo tempore: adhuc JESU lo-  
quente: ecce Mater ejus, et fratres  
slabant foris quærentes loqui ei.  
Et reliqua.

Homilia V. Bedæ Presbyteri.

*Homil. Fer. IV. post Dom. I.*  
*Quadrages.*

Dixit Jesu quidam: ecce Mater tua  
et fratres stant foris volentes loqui  
tibi. Non simpliciter iste Domino  
hoc nuntiasse putandus est, sed  
sub dolo volens experiri, utram  
operi divino affectum carnalium  
præferret propinquo. Undè  
prudensissimè se Matrem nosse dis-  
simulat, ut ostendat se potius cog-  
noscere et amare eos, qui per cog-

nationem spiritus propinqui sunt, quam qui per cognitionem carnis. Tu. *¶* Quaedam. p. 129.

## LECTIO 8.

Quæ est Mater mea, et qui sunt fratres mei? Non autem Dominus maternæ pietatis requirit officium, qui per legem præcepit, dicens: Honora patrem tuum et matrem; sed Dei Patris ministeria præposuit affectibus. Hinc alibi dicit: qui amat patrem et matrem super me, non est me dignus. Tu. *¶* Martha. p. 129.

## LECTIO 9.

Matrem et fratres dicit Apostolos impletores paternæ voluntatis, qui à Deo Patre illum missum credebant, paratissimoque animo intendebant. Nec negavit Matrem de quâ carnem assumpserat, sicut insaniant Marcionistæ et Manichæi, qui cum dicunt non habuisse verum corpus, sed phantasticum. Sed spiritualem propinquitatem carnis prætulit consanguinitati, ut et nos doceret in causâ Dei nullum de affectione carnis recognoscere. Tu. *¶* Intra cubicul. p. 129.

Ad Benedict. ant. Memento nostri, Domina, et invoca pro nobis Dominum.

Oremus. *Oratio.*

Protege, Domine, famulos tuos subsidiis pacis, et beatæ MARIE patrocinio confidentes à cunctis hostibus redde securos. Per Dominum.

## CANON.

Ex Concilio Alexandrino. An. 430. *Epist. Cyr. et Syn. Alexandr. ad Nestor. Tom. 5. Concil. pag. 404.*

206. Si quis non confitetur Emanueleem verum Deum esse, et ob id Sanctam Virginem Deiparam, anathema sit. Tu.

Ad Magnif. ant. Sicut in mari

aquarum, sic in MARIA sunt congregationes gratiarum.

## CANONES

*Infra Hebdomadam, Quiquages. FERIA II.*

Ex Concilio Ephesino.

An. 431. *part. 2. Conc. Tom. V. p. 433. Verba Helanici Rhod. Metropolit.*

207. Anathema sit illi, qui Sanctam Virginem MARIAM Deiparam esse non credit. Tu.

## FERIA III.

Ex Concilio Ephesino.

*Ibid. 435. — Verb. Prothamii Comanenæ Ep.*

208. Illos, qui Sanctam Virginem Deiparam non appellant, anathematizo. Tu.

## FER. IV. CINERUM.

*Hæc feria est privilegiata, et semper fit de eâ, translato ad primam diem non impeditam quolibet Duplici, quod in eâ incidat. Idem venit dicendum de Dominicis in Quadragesimâ.*

## AD MATUTIN.

*Invitator. Hymn. et reliqua omnia ut in feriali offic. p. 30.*

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 1. c. 3.

In illo tempore: dixit JESUS Judæis: Pater non judicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. Et reliqua.

Homilia B. Alberti Magni Ep. *In Bibliâ Mariand.*

Beatissima Virgo MARIA est iudicissima vivorum et mortuorum. Potestatem dedit ei, scilicet, Pater Filio secundum humanitatem, iudicium facere, quia Filius hominis est. Sed si potestatem habet Filii facere iudicium, ipsa etiâ in concessione potestatem habet face-

re iudicium misericordiæ, quia Mater Dei est. Unde ipsa de confidentiâ Filii potest dicere illud: an non mihi licet facere quod volo? Tu. *¶* Quaedam. p. 129.

## LECTIO 2.

Ideò etiâ significatur per Debboram prophetantem uxorem Lapidoth, quæ iudicabat populum in tempore, et sedebat sub palmâ, ad quam ascendebat filii Israel in omne iudicium. Unde consequenter illud verbum Filii sui potest dicere: in iudicium ego in hunc mundum veni, scilicet, ut sim iudicissa misericordiæ. Sed iudicis est scire omnia, unde dicitur iudicantem cuncta rimari oportet. Tu. *¶* Martha. p. 129.

## LECTIO 3.

Ipsa est etiâ attractrix peccatorum. JESUS dixit turbis: Nemo venit ad me, nisi Pater meus, qui misit me traxerit eum. Sed nunc quid non veniunt ad te, quos Mater tua traxerit ad te? Uti que omnis quem trahit Mater ad eum, impossibile est, ut intreat, ut dicit Anselmus. Tu. *¶* Intra. p. 129.

Ad Benedict. ant. Solve vincula reis, et mala nostra cuncta pelle, ut te esse Matrem nostram demonstres.

*Preces.*

Oremus.

*Oratio.*

Famulorum tuorum, quasumus Domine, preces propitius exaudi, ut qui animas nostras per solemne jejunium incoamus affligere, Genitricis Filii tui Domini nostri intercessione ab omnibus iniquitatibus absolvamur. Qui tecum.

## CANON.

Ex S. Vitalio Episcopo. *Libr. de fide. — Concil. T. 5. p. 123. libr. S. Cyr. de Regimis.*

209. Si quis negaverit Domini carnem ex sacrâ Virgine sumptam

esse, aut hominibus constabantiam esse, anathema sit. Tu.

## FERIA V.

## CANON.

Ex S. Vitalio Episcopo.

*Ut supra.*

210. Si quis dixerit Dominum ac Salvatore nostrum, qui ex Spiritu Sancto et MARIA Virgine secundum carnem natus est, animâ, aut mente, aut ratione, aut sensu destitutum esse, anathema sit.

## FER. VI. POST CINERES.

*De ferid.*

Lectio Sancti Evangelii secundum Joannem.

## LECTIO 1. c. 19.

In illo tempore: Stabat juxta crucem JESU Mater ejus, et soror Matris ejus Maria Cleophe et Maria Magdalene. Et reliqua.

Homilia D. Thomæ Arch. Valent. *De S. Joann. Apost. conc. 1.*

Pendebat «Christus» in cruce moriturus, et undè venerat rediturus. Dispositum testamentum electis suis, Patri Spiritum, Ecclesiæ corpus, peccatoribus sanguinem, latroni regnum, militibus vestes, Petro ecclesiam, Apostolis Paracletum, electis carismata liberaliter distribuit. Aderat ibi dilectus, quid sibi legaretur, expectans. Quid tibi, ô Dilecte, legabo? Quid in ultimis dabo tibi? Ecce Mater tua. Hæc omnium quæ possideo carissima et pretiosissima gemma: hæc tibi trade, hæc dono. Tu. *¶* Tu med. p. 129.

## LECTIO 2.

Et ad Matrem conversus: Mulier, ait, ecce filius tuus. Et ex illâ horâ accepit eam Discipulus in sua, exultans et gaudens, quia talem sibi hæreditatem ejus Dominus re-